



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. XII. Quando vitietur Instrumentum ob rasuram in eo factam, vel ob errorem in eodem commissum à scriptore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

deletum, ut legi amplius non possit, vel non debito modo signatum, vel alio modo vitiatum, ut merito suspicionem falsitatis inducat, prout constat ex *c. Licet 5. de crim. falsi. & ex c. Inter dilectos 6. h. t.* Ubi plures ejusmodi exceptiones contra instrumenta afferuntur. Tertio, opponi multa possunt contra sigillam Instrumento appositam, quod enormiter fractum sit, seu sculptura & imago deleta, ita ut ex parte residua non possit satis colligi, cujus sit, neque ex imagine, neque ex literis circumsculptis non amplius legibilibus, quod figura dignitati sigillantis non conveniat; quod Regem potius quam Pontificem referat, cum tamen hujus esse prohibeatur; quod per testes probari possit furtivum illud esse, aut factum ad imitationem veri sigilli; quod sit ignotum. *c. Quod super. 7. h. t. & c. Cui fidem haberi non vult Pontifex in relato cap.*

§. XII.

Quando vitietur Instrumentum ob rasuram in eo factam, vel ob errorem in eodem commissum à scriptore?

Vitium Instrumentum ob literam, seu rasuram, vel interlineaturam in parte substantiali, aut loco suspecto, ex quo maxime veritas apparere debet; apparentem, ita ut ei fides habenda non sit, excipit. *c. Inter dilectos 5. Instrum. habetur, & expressis in c. Cum Venerabilis 7. juxta Glossa V. propter predicta, de Religiosis domib.* Si verò rasura vel deletio facta sit in parte non substantiali, aut loco non suspecto (quando sine eo res tota subsistit) non vitietur instrumentum &

Final. de crim. falsi. §. e. Ex literis 3. h. t. Quin etiam in loco scripturæ substantiali & suspecto, non semper rasura vitiat instrumentum, si clarè appareat ex scriptura, quod implemet Notarius suam mentem loco tali raserit aliquid, aut superripserit, & hujus ad finem instrumenti mentionem faciat; si ex antecedentibus consequentibus appareat, ita loquendum esse, prout rasura, aut verbum superripsum indicat; si per aliam scripturam authenticam pars in instrumento intelligi possit. Si penes advertebitur, rasura apparet, præsumitur tamen tali casu rasura facta ab advertebitur, consequenter illi, pro quo productum nihil præjudicat &c. Quod si scriptoris Instrumentum continet verum aliquem, aut vocis integram sententiam, quæ tamen ex alijs facile colligitur, non vitietur instrumentum vel de intentione instrumentum contractis satis constat, neque in tali casu præsumptio fraudis sicutius locum habet.

§. XIII.

An probent, ac fidem faciant Instrumenta inter se contraria, vel eadem, vel à diversis producta?

Producens instrumenta, sive scripturas inter se contrarias in judicio contra suum adversarium nihil probat, si scripturæ illæ publicæ sint, sive peritæ, sive una publica, & altera privata, sive rectè sibi invicem contrariæ sint, sive indirectè, cum enim producens instrumenta censeatur ea omnia, quæ in continentur, vera esse feceri, quod non potest. *c. Impiari 13. h. t.* Si